



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio secunda. Vtrum Christus secundum quod homo sit caput
ecclesiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

DUR. 4
DISS.

Magistri Durandi de
nem in se, & ad meritum personale. Gratia vero gratis da
ta ordinatur ad utilitatem Ecclesie, ut donum linguae,
operatio miraculorum, & huiusmodi.

7 Et de vtracq; gratia potest procedere quæstio ad quæ
dicenda sunt tria. Primum est q; in Christo fuit gratia gratia
facies & gratia gratis data. Secundum est q; Christus habu
it virtusq; gratiae plenitudinem. Tertium est q; non obstat
te tali plenitudine gratiae Christi fuit finita.

8 Primū apparet primum de gratia gratia faciente tripliciter. Primo sic cū intellectus & voluntas proportionā
tur, si intellectus eleuaretur voluntate nō eleuata, non re
maneret proportio, sed in Christo fuit intellectus eleu
atus per gloriam in inf. dist. seq. patet, ergo & eius voluntas
fuit eleuata per gratiam. Secundo sic, nō est actus perfe
ctus nisi sit a potentia perfecta, sed perfectio voluntatis
est gratia, ergo ad hoc q; actus voluntatis Christi esset per
fectus, oportuit q; voluntas eius esset perfecta per gratiam. Tertiū sic, meritum nō est finis gratiae, sed Christus venit
in mundū ad merendū nobis, ergo potuit q; in ipso effec
tus gratia gratum faciens, que est principiū merendi. Hęc autē
dicta sunt supposito quod oporteat ponere gratia habitua
lem formaliter nos gratificantem. Itē pater de gratia gra
tis data sic, cui cōperit docere de nouo illa qua ratione na
turali sunt incognita, nec ex aliquibus per te notis posse
esse deducit, ei competit habere signa doctrinae manife
statio & confirmatio, sed talis fuit præcipue Christi. ergo
deceit quod habebet gratia faciendo miracula & hu
iulimodi, que pertinebant ad confirmationem suę doctrina
m, illud autem pertinet ad gratias gratias das: sicut
enim gratia gratum faciens ordinatur ad actus meritorios
sicut gratia gratis data ordinatur ad confirmationem
fidei & doctrinae: ergo in Christo fuerunt gratiae gratis
datae, & sic patet primum.

9 Quantum ad secundum sciendum est q; illud dici
tur plenē haberet, q; habetur totaliter & perfecte. Totali
tas autē & perfectio gratiae, sicut aliorum habituum potest
attendi dupliceretur. Vno modo quantus ad intensiōne que
attenditur secundum perfectionem essentialē habitus.
Alio modo secundum extentionem, q; attenditur secun
dum obiecta & actus. Primo modo fuit in Christo plen
tudo gratiae, que habuit gratiam ita perfectam intensiū
que non potuit intensius esse in specie gratiae. Cuius ra
tio est, q; quādo duo se habent sicut prius & posterius
ex perfectione vniuersi potest probabilitate cōcludi pfectio
alterius. Sed gratia vniuersis & habitualis in Christo se
habuerūt, sicut prius & posterius. Nam ad gratiam vniuersis
secuta est gratia habitualis, vt dictum fuit prius: ergo ex
perfectione, & cōditione gratiae vniuersis potest concludi
perfectio & conditio gratiae habitualis, gratia autē vni
uersis in Christo fuit perfectissima, que perfectior esse nō po
test, eo q; digniori nō potest creatura vniuersi, q; supposito
diuino: ergo gratia habitualis cōsequens ad eam fuit per
fectissima. Secundo etiā modo fuit in Christo plenitudo
gratiae, quia virtus vniuersalis principiū se extēdit ad om
nes effectus illius generis. Sed gratia data fuit Christo, vt
vniuersali principio salutis omnium, ergo gratia data ei
fuit ad oēs actus, ad quos se potest extēdere quęcumq; gra
tiae. Et confirmatur, quia Christus caput ecclesie est, vt po
stea dicetur, sed nullus actus vti est in corpore, qui nō sit
in capite: ergo nullus actus gratiae est in tota ecclesia, ad
quā se non extendat gratia Christi. Et hoc est q; dicit be
atus Aug. ad Dardanum cap. 38. quod fuit in capite sunt
omnes sensus, sic in Christo fuerunt oēs gratiae: & ita in
Christo fuit plenitudo gratiae intensiū, & extensiū.

10 Terrium patet, scilicet quod gratia Christi nō fuit
infinita. Primo quia capacitas finita nō est susceptiva per
fectionis infinité, sed anima Christi cum sit eiusdem ratio
nis cū animabus nostris est finita capacitas, ergo gra
tia recepta in ipso nō fuit infinita perfectionis. Secundo
quia perfectio meriti, vel radicis nō merendi excedit per
fectionem premi, sed gratia comparatur ad gloriam, vel
ad visionem beatam, vt principium merendi ad premiū:
ergo cum visio beatam in Christo nō fuerit infinita (alio
quin operatio humana in Christo æquata fuisset opera
tioni diuina) sequit q; gratia eius nō fuit infinita. Quod
autē dicitur Ioan. 3. Nō enim ad mensuram Deus dat spiri
tum san. Christo: quod autē est immensum est infinitū. Di
scendit quod illud dictū exponitur tripliciter. Vno mo
do de dono quod Deus pater ab æterno dedit filio (scilicet
de diuina natura quae est immensa) secundum quam
tans est filius, quantum est pater. Alio modo de dono
quod datum est humanę naturę, vt vniuersitatem perfōrō diu
nū. Et istud est infinitum ex parte alterius termini. Ter
tius modo potest exponi de gratia habituali, que data est
Christo non ad mensuram illam qua data est alii. Alii
enim dantur diuini dona gratiarum, sicut dicit Apol. i.
ad Cor. 12. q; alijs datur per spiritum sermo sapientie, alijs
sermo scientie &c. Christo data fuerūt omnia genera gra
tiarum, & ad omnem effectum. Et pro tanto dicitur non
habuisse gratiam ad mensuram, nō q; gratia eius infinita
fuerit, sed quia habuit eam secundum totam sui plenitu
dinem intensiū & extensiū.

Sancto Porciano

cendum quod illud dictū exponitur tripliciter. Vno mo
do de dono quod Deus pater ab æterno dedit filio (scilicet
de diuina natura quae est immensa) secundum quam
tans est filius, quantum est pater. Alio modo de dono
quod datum est humanę naturę, vt vniuersitatem perfōrō diu
nū. Et istud est infinitum ex parte alterius termini. Ter
tius modo potest exponi de gratia habituali, que data est
Christo non ad mensuram illam qua data est alii. Alii
enim dantur diuini dona gratiarum, sicut dicit Apol. i.
ad Cor. 12. q; alijs datur per spiritum sermo sapientie, alijs
sermo scientie &c. Christo data fuerūt omnia genera gra
tiarum, & ad omnem effectum. Et pro tanto dicitur non
habuisse gratiam ad mensuram, nō q; gratia eius infinita
fuerit, sed quia habuit eam secundum totam sui plenitu
dinem intensiū & extensiū.

11 Ad primum argumentum dicendum quod instrumentum inanimatum non indiget habitu ad operandū, quia solum agitur, & propriè nō agit. Instrumentum au
tem animatum, quod nō solum agitur, sed etiam agit, in
digt habitu ad perficiendum ipsum ad operandum, & ta
le instrumentum solum humanitas in Christo, propter quod
indigit gratia habituali.

12 Ad secundū dicendum q; in Christo fuit gratia in
guarum, quanvis ea vius nō fuerit, quia predicavit solum
Iudeis, sicut ipse dicit Mat. 25. nō sum misericordia oīus
que perierunt domus Israel: nec ratiōnē propter hoc hanc
gratiam inutiliter habuit, sicut nō habet aliquis habitum
inutiliter, quando eo nō vtiatur, quando non est oppor
tum: opportunitate enim existente est inutilis sapientia,
& quicunque habitus qui non exiret in actu.

13 Ad tertium dicendum quod remota capacitas ani
mæ, cum sit idem cum anima, vel cum potentia anime
nunquam augetur vel minuitur: propinquā autem capaci
tas que cauatur ex frequentia augetur, quandū est ali
quis circa terminum, & pro statu illo non impletur, sed
quando peruenit est ad terminum, ibi est status, & im
pletur capacitas, & sic fuit in Christo qui habuit gratiam
in summo seu in termino.

Q.VÆSTIO SECUNDĀ.
Vtrum Christus secundū q; homo, sit caput ecclesie.
Thom. i. q. 8. art. 1.

S Econdū queritur, vtrū Christus secundū q; homo,
sit caput ecclesie. Et videtur quod nō, quia capitis nō
videtur esse aliud caput, sed Christi, secundum quod homo
est aliud caput, secundum illud. I. Cor. 11. Caput Christi
est Deus: ergo Christus secundum quod homo, nō est ca
put ecclesie.

a Item caput influit ceteris membris motum & sens
um. Sed spiritualis sensus & motus, qui est per gratiam,
non influuntur a Christo secundum quod homo. Nam
sic dicit Aug. 15. de Trin. nec Christus secundum quod
homo, dat spiritum sanctum, sed solum secundum quod
Deus, ergo Christus secundum quod homo non est eccl
esi caput.

3 IN CONTRARIVM est quod dicit Eph. 1.
Ipsum dedit caput super omnē ecclesiam, vbi dicit glo. q;
Christus dicitur caput secundum humanitatem.

4 R E S P O N S I O. Videnda sunt tria. Primum est,
secundum quid competit Christo esse caput ecclesie. Se
cundum est, an sic caput omnium, & angelorum, & homi
num. Tertium est, an in Christo sit eadem gratia, gratia
personalis, & gratia capitis.

5 Quantum ad primum aduertendum est, quod dicitur
tota ecclesia dicitur vnum corpus mysticum per similitud
inem ad naturale corpus hominis, eo quod sicut in cor
pore naturali sunt multa membra diuersorum actus haben
tia, sic in ecclesia sunt multe personae habentes diuersa do
na & officia, vt docet Apost. Rom. 12. &c. I. Cor. 12. Sic
etiam in ecclesia dicitur esse aliquod caput ad similitudi
nem capitis humani. In capite autem humano est duo co
siderare, scilicet rationem conuenientem naturalis cum ce
teris membris, & rationem differentiam ab eis, que atten
ditur in tribus, scilicet in ordine, perfectione, & virtute,
in ordine, quia caput est prima pars hominis, incipiendo
a supra

Lib. III. Distinctio. X I I I .

à superiori. In perfectione, quia in capite vident oinnes sensus, & exterioris, & interioris; in ceteris autem membris est solus tactus. In virtute vero, quia virtus & motus ceterorum membrorum, & gubernatio eorum in suis actibus est à capite, propter vim cognitiam, & motum ibi dominantem.

* Hoc supposito patet ϕ Christo secundum q̄ homo est, cōpetit ratio capitis, quantum ad eius omnes conditiones, quia illud quod est eiusdem naturae cū membris ecclesiae, excedit tamē ordine, perfectione, & virtute, habet rationē capitis: sed Christus secundum q̄ homo, est huiusmodi: ergo Christus secundum q̄ homo, est caput ecclesiae. Maior patet ex dīctis. Minor declaratur, quia Christus secundum q̄ homo, est unius naturae cum hominibus qui sunt membris ecclesiae, excedit autem in ordine, quia gratia eius altior est, & prior dignitate, et si non tempore, quia omnes alii acceperunt gratiam, per respectum ad gloriam ipsius, secundum illud Roma. 8. Quos praeſcū & prædēfinitū conformes fieri imagini filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Excedit etiam in perfectione, quia ipse habet plenitudinē gratiarum, que in aliis sunt diuīs secundum illud Ioan. i. Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis: habet etiam virtutem influendi sensum, & motum spiritualiæ membris ecclesiae, secundum illud Ioan. i. De plenitudine eius accepimus omnes. Et sic patet quod Christo, secundum quod homo est, competit est caput Ecclesiae, secundum omnes conditions capitis, ipsi autem secundum quod Deus est, non competit ratio capitis, quæ est ratio conuenientiae naturalis cum membris: sed ceteræ conditions conuenient excellentius Christo secundum quod Deus est, quam secundum quod homo, quia est eminentior dignitate, completior in perfectione, virtuosior in influentia seu operatione, & sic patet primum.

7 Quantum ad secundum, scilicet an sit caput non solum hominum, sed etiam angelorum. Scindendum est q̄ Christus secundum neutram naturam est caput angelorum quantum ad rationē naturalis conuenientem, quam debet habere caput cū membris, sed quantū ad alias tres conditions potest dici caput angelorum & hominū. Cuius ratio est, quia vbi est vnū corpus, necesse est ponere vnum caput, sed multitudine angelorum & hominum pertinet ad vnum corpus mysticè loquendo, ergo habet vnum caput: hoc autem est Christus, ergo &c. Major patet. Minor probatur, quia omnis multitudine ordinata ad vnum finem secundum distinctos actus & officia potest dici vnum corpus, prout vnum mysticè de corpore loquimur, sed multitudine angelorum & hominū ordinatur ad vnum finem, qui est gloria diuinæ fructiōis, ergo tam homines quam angelī pertinent ad vnum corpus ecclesiae mysticum, quæ comprehendit militantes per fidem, & triumphantem, seu regnante per speciem: cuius multitudinis caput Christus est, nō solum secundum q̄ Deus, sed secundum quod homo, quia dona gratiæ participat eminentius, & perfectius etiā q̄ angelī: habet etiam influere eis diuinæ illuminationes ut dicit Dion. 7. cap. colef. Hierar. & ideo Christus secundum q̄ homo, nō solum est caput hominū, sed etiā angelorum. Et hoc expresse dicit Apost. Col. 2. loquens de Christo, qui est caput omnis principatus. Et eadem est ratio de omnibus ordinibus angelicis.

8 Quās autem Christus sit caput angelorum & hominum, non tamen æquāliter omnīs: quidā enim vniuntur sibi actualiter per gloriā, alii per fidem & gratiā, alii per solam fidem: alii vero solum in potentia quandoq; ad actum reducenda, alii vero in potentia, quæ nunquā reducetur ad actum. Et quia primus modus perfectior est quā secundus, & secundus q̄ tertius, & sic de ceteris vñq; ad ultimū: ideo Christus primo & principalius dicitur caput illorum, qui sibi primo modo vniuntur, deinde secundario illorum qui secundo modo vniuntur sibi, & sic de ceteris: qui autem ei nullo modo vniuntur, neque actu, neq; potentia, ut infideles damnati totaliter definit esse membra Christi, quia iam nō sunt in potentia, ut Christo vniuntur, & sic patet secundum.

9 Quantum ad tertium dicendum est quod eadem gratia per scientiam fuit in Christo ad perfectionem personalem, & ad influendum membris ecclesiae, sicut caput ha-

Quæſtio I.

bet membris influere. Cuius ratio est, quia perfecti est agere, & id quod est ageri ratio perfectionis in se, est sibi ratio agenti in alia (scitur idem est calor, quo ignis est calidus, & quo calefacit alia) Sed gratia personalis in Christo est, quia Christus in se perfectus est: gratia vero capitis est illa quia infinita est, ergo eadē est gratia personalis, & gratia capitis, & sic patet tertium. De gratia autē vniuersitatis dictum fuit prius quod non est aliud, nisi vno naturalium in Christo gratuité a Deo facta, nullis precedentibus meritis.

10 Ad primum argumentū dicendum est q̄ in metaphorice locutionibus nō oportet attendi similitudinem quantum ad omnia. Sic enim non est similitudo, sed veritas, capitis ergo naturalis non est aliud caput, quia corpus humanum non est pars alterius corporis, sed corpus similitudinariē dictum, id est, aliqua multitudo ordinata potest est pars alterius multitudinis, sicut multitudo domesticā pars multitudinis ciuilis. Et ideo paterfamilias, qui est caput multitudinis domesticā, habet supra se aliud caput, scilicet rectorem ciuitatis, & hoc modo nihil prohibet quod Christus secundum quod homo habeat supra se aliud caput, scilicet deum, quanvis ipse sit caput Ecclesiae, quia sicut Christus secundum quod homo habet membris influere, sic secundum quod homo recepit influentiam a Deo.

11 Ad secundum dicendum est q̄ dare gratiam, aut sp̄ ritum sancti conuenit Christo, secundum q̄ deus est per autoritatem, sed per meritum & ministerium competit Christo secundum quod homo est. Augustinus autem negat Christum secundum quod homo est, dare spiritum sanctum per autoritatem non autem per meritum & ministerium.

Sententia huius distinctionis. X I I I .
in generali & speciali.

Hic queri opus est. Superioris determinatio Magister de plenitudine perfectionis Christi, quācum ad gloriam. Hic vero comparat perfectionem quā habet secundum q̄ homo ad perfectionem dei. Et dividitur in duas. Primo comparat animam Christi ad perfectionem Dei quantum ad scientiam. Secundo quantum ad potentiam ibi. Si vero queritur. Prima in duas. Primo mouet questionem. Secundo determinat eam secundum alios, ibi. Quibusdam placet. Tertio ponit propriā determinationem, & rationes aliorū solvit ibi. Quidam respondentes. Tertia pars principalis ibi. Si vero queratur, dividitur in duas. Primo determinat veritatem. Secundo obicit in contrarium, & solvit ibi. Sed si anima illa nō habet. Hæc est diuisio &c.

2 IN speciali sic procedit. Et primo querit vtrū Christus habuerit sapientiam æqualem Deo. Et vtrum omnia sciat que scit Deus. Et respondeat secundū quorundam opinionem, q̄ anima Christi nō habuit æqualem scientiam Deo, nescit enim omnia que scit Deus, quia ipsa est creatura, nulla autē creatura equatur suo creatori. Et hoc confirmat auctoritate Casiodori. Si ergo anima Christi non scit omnia que Deus scit, non habet scientiam æqualem Deo. Si enim Christi anima sciret omnia, lequeretur impossibile. Sicut enim Deus scit creare mundum & animas & anima Christi sciret creare mundum, & etiam seipsum. Postea ponit circa hoc opinionem propriam, q̄ anima Christi per sapientiam sibi gratis collatam à verbo cui vniuersita est, intelligit oīa, & scit omnia que scit Deus, sed nō potest omnia que potest Deus, nec scit oīa ita plenē, sicut Deus scit. Et ita non æquatur creatura creatori suo, quia licet æquatur in numero scitorū, non tamen in modo scendi. Quod autē Apost. dicit, Nemo nouit quæ dei sunt, non obstat p̄dictis de numero scitorū. Et arguit ad oppositum exponendo Apost. quod spiritus datus est Christo non ad mensuram: & ideo anima Christi habuit omnem scientiam. Et hoc confirmat auctoritate Fulgentiū. Inducit etiam ad hoc rationem quæ talis est, nihil scit aliquis quæ eius anima ignorat, sed Christus omnia scit (vt concedat omnes) ergo &c. Et quod obicitur q̄ tunc sciret creare mundum, & scriptum, dicitur quod habuit scientiam, sed non potentiam, scit enim quod mundus

GG 4 crea-